



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Eivsdem Ad Socios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

EIVSDEM AD SOCIOS.



X ijs litteris, quas ad vos dedi meo
 bruario, multa de laponicis emere
 que superstitionibus cognoscenda
 arbitror: alia nunc de rebus per
 Meacensibus addam hac epistola
 outo vobis fore non inuicidam. Et
 vt scripsi ad vos antea, Meacum
 magna Christianorum lætitia pridie Calendas Februa-
 rias: incidit meus aduentus in ipsum noui anni
 um, quod hac hyeme laponij à Calendis Februarijs
 spicati sunt: varius enim est in his regionibus anni
 sus; longè alia atque apud nos ratio temporum,
 que descriptio. Vetus est autem gentis mos, vt
 no incunte, ab die nono Lunæ adusque vige-
 regni proceres, & Bonziorum principes ad Regem
 que suum salutandum non sine donis accedant. Et
 ferè magnus chartæ numerus, aurea stabella
 bre facta, & alia eiusmodi atque hæc con-
 inde ab antiquis ducta temporibus, cum in alijs
 bus regnis, tum verò in hoc Meacensi tanto diligentius
 retinetur, quanto Cubus, honore atque
 cæteris omnibus laponis Regibus antecellit: quod
 dem honos vxori quoque ipsius, matricque tribuitur.
 Hos autem salutatores Cubus longo cubiculo
 dine admittit ille quidem in penetralia, operum
 peristromatis aureis adornata; sed ad eorum
 lutationesque (ea loci & personæ maiestas est)
 minò respondet: insignibus tantum Bonziorum
 dam id habet honoris, vt stabellum quod tenent
 bus, paululum inclinet; atque in hunc modum
 nobilitatis viti inducuntur: nam inferiorum
 hominibus, quamquam locupletissimis, &
 tiosissima dona ferentibus, nullo pacto ad eum
 Et quoniam ad viam Euangelio muniendam, &
 mationem apud rudem ignarumque veram
 gloriæ populum colligendam pertinere magis

visum est, ut Evangelij præcones nequaquam exclusos inde fuisse constaret; dedit operam Gaspar, ut illum ipse quoque per idem anni tempus inuiseret. ac superioribus quidem annis aulici cuiusdam beneficio potētis viri, ad Christianam religionem propensi, aliquoties introductus est: nunc verò mihi quoque eiusdem opera patuit aditus. Cubum ergo primum, deinde vxorem, postremò separatis in ædibus matrem inuisimus, honesto comitatu ad regiam vsque deducti: & cum benignè accepti sumus ab omnibus: tum verò à matre humanissime, quippe quæ non modò potionem nobis misceri iussit à famulis, verùm etiam Zacanam (salsamenti genus id est oliuatum instar) de more paxillis insertam; suis ipsa manibus honoris causa porrexit. Eam inuenimus in cœtu nobilium fœminarum sedentem ante sacellum ornatum, in quo erat Amidæ puerilis effigies egregiè picta cum diademate, aureis è capite radijs emicantibus. mirum ibi silentium, mira modestia, mira denique domestica disciplina: vehementer dolendum ut sit, tantam indolem tantis diaboli fraudibus opprimi; orandusq; sit etiam atque etiam Dominus, ut hæc tenebras, Evangelij splendore pro sua infinita bonitate disijciat.

Ut eo functi sumus officio, postridie Gaspar ad neophytos reuiscendos abiit Imorim; ego Meacensibus prædicare Evangelium institi, cum alijs, tum verò quibusdã e Cubi familia viris illustribus, qui ad nos ventitare cœperunt: ex ijs tres audito iam aliquoties verbo Domini, baptismum à nobis vehementer efflagitans sed idcirco differtur, ut interea melius Christiana rudimenta atque instituta percipiant. Auditores habemus mirum in modum curiosos; nullum quærendi finem faciunt, præsertim qui sunt è Ienxuana familia, quæ omni sublato numinis metu, corporis voluptates pecudū more persequuntur, si nihil in animum inducunt credere, nisi quod certant oculis, manibusque contrectant: quamobrem expugnantur difficillimè, nec nisi euidentibus planè demonstrationibus cedunt. Obijciunt autem nobis inter alia: si quidem est Deus, ut dicimus, idemque adeo bo-

nus est: cur ad hoc vsque tempus celauit bonitatem suam
 eamque tam serò Iaponiis declarauit: respondere autem
 ad hæc omnia sic, ut contradicere nequeant: sed tam
 tam densæ illis tenebræ sunt, ut insolitam Euangelii
 eam vix pauci admittant: qui tamē eo sunt ingenio
 indole præditi, ut ubi verbum Dei quasi terra temerè
 ceperint, quò tardius acceptum, eò diligentius amplexi
 tur ac foueant. In vniuersum autem, Iaponiis ingenio
 ad Christianam religionem in primis idonea sunt, præ
 stantque non solum in cognoscenda veritate sedulitate
 ac studium, sed etiam in retinenda fide ac constantia
 riam. tres quidem ij quos modò diximus, antea præter
 eo genere diligentia sunt, non modò ut Christianæ do
 ctrinæ præceptiones ac formulas suo descriptis christo
 pho deinceps memoriæ mandet, idq; celeritè sed et
 quæ ex concionibus nostris audire, domum regressi in
 commentarios referant, præsertim quæ de mundi crea
 tione, de immortalitate varijsq; viribus ac facultatibus
 anime discernuntur. Eos deinde cōmentarios cōscribit
 cio nostro Damiano recognoscendos idem. Et eius
 eiusmodi gentis natura, tum illud quoque, vel maxime
 Christianam causam adiuuat, quòd multa sunt Iaponi
 tionum sectæ, non solum diuersæ ac variæ, sed etiam
 ter se pugnant: quòd facilius est, diabolica mēdantia
 desque conuincere. Circa Meacū in parentibus corpore
 plurima sunt idolorum phana, è quibus adij Christiani
 tū ductu nonnulla: in ijs quoddam est Amida, in
 vrbe quattuor serè passuum millibus, à patris Iaponi
 ribus conditum ac subinde renouatum. longioribus
 narum centum circiter & quadraginta. ingens hæc
 valuas in medio, ingredientibus obijcit sicut fuggens
 in quo Brachmanis habitu, perforatis auribus, mox
 & capite raso ingens Amida statua considerat, supra
 am quasi pro vmbraulo pendent excepta carum ma
 magna que tintinnabula: circa, ludentiū spera ingens
 cernuntur milites strictis telis armati, salutes Achillex
 anus venefica, dæmonesq; terribili: emittunt autem
 ta quadam imagine ventus, horrificosq; aspectu terrore
 aliaq;

ad hæc septeni gradus ad templi totius longitudinē por-
tinguntur: in ijs ordine certo dispositæ vnius Canonis A-
midæ filij imagines omnino mille, hinc inde quingentæ,
eadem omnes forma, ore venusto, egregiè factæ, tricena
brachia totidemque manus ostentant: e quibus duo tan-
tum ad reliqui corporis magnitudinē apta proportione
conueniunt, cætera parua sunt, duo etiam lumbos præ-
cingunt. Singulæ porro statuæ bina tenent iacula, pectus
insignitæ septenis hominum vulticulis, corona capiti im-
posita cum diademate radiante. Sunt autem cuncta eius
templi non modò simulacra, sed etiam quæ diximus tin-
tinabula, & ipsæ catenæ magna obryzi auri copia scitè
admodum ab imo ad summum vsque verticem intecta
sunt, ut fulgorem intuentes oculi ferre vix possint: locus
est celeberrimus, multique eò longinquis è regionibus
regionis causa confluunt.

Inde passuum interuallo duùm circiter millium,
collis atollitur, ad cuius radices veterem quandam aca-
demiã multis distinctam cœnobijs tenui fluens aqua
rimis circueit amœnissimus: multa ibi delubra, quorum
iam quibus magno cultu adoratur statuæ cacodæmo-
ni, facie magis etiã quàm apud nos pingitur, scæda &
& horribili. in summo autem colle ingentia tria lignea
templa, lignis item columnis mira crassitudine suspen-
duntur, infimo pavimento strato laterculis lauigatis. In
eorum vno colossæum immanis magnitudinis Xacæ si-
gnum, singulas habet ad dextram laeuamque statuas pau-
lo minores: à tergo autem quoddam quasi folium ex-
surgit, ex quo sigillorum vnius palmi duo circiter millia
prominent, infantesque præterea bini ferè quadraginta.
denique latus vtrumque templi, sparis armati dæmones
hinc custodiunt: hæc autem aurata sunt omnia. Alterum
est templum probandis, & laurea donandis veteri acade-
miarum more scholasticis destinatum. In eo pulpitem,
vni illis compluribus è superiori parte pendentibus, emi-
net ligneum, in quod scalis tribus ascenditur est ibi mē-
la cum cathedra parata magistro, qui actibus eiusmodi

præ-

praesidet, itemque ad inum suggestum altera in-
sum discipuli, qui eo iudicio probandus, insignibus
que doctrinae publicè decorandus est. templum autem
ipsum lacertae, seu stellioni dicatum est, quem vulgare
um & praesidem litterarum & eruditionis excelsam
huic nulla neque ara, nec statua, vt ceteris Dis er-
tur. in summo tantum laqueari, multiplicem conuul-
tus in spiram ingenti orbiculari depingitur forma,
scholastici dum eum supplices venerantur, oculis
mentemque simul ad superna cogantur atollent. Ter-
tium phanum altitudine duo proxima superant, cas-
sum offendimus. è regione sunt aedes per amplam, cetera
ra magnifica; scholasticorum id domicilium est, ubi
erant praeterea ibidem visenda, sed imminente iam no-
ste reuertimus.

Hæc habui quæ ad vos in praesentia scriberem, et
si minus læta videbuntur, quod parum videlicet ad
rei Christianæ amplificationem attineant; eo diligenti-
tius orandus erit vobis Dominus, vt de Ecclesiæ
incrementis, & rei Christianæ progressibus magna vo-
bis in posterum ad vos, maiore cum animi nostris
strisque fructu, spiritalique solatio scribere liceat.
Quamquam post nostrum ab vrbe Firando discessum
non pessime posita est opera: Deo quippe adiutus
te laponii sexaginta ad Christianorum numero
rum adiuncti sunt. Quod reliquum est, nos
omnes pro sua elementia Dominus
perpetuò tueatur, ac protegat. Me-
aco, pridie nonas Martias,
MDLXV.